

## IV.

Copia literarum

DN. D. BOTSACCI, Miss. Colberg.

Ad

DN. D. GROSSIUM, Anno 1662.

2. Septembr. St. N.

Dominus aperiatur labia :

*Admodum Reverend. Ampliff. Excellent. DN.  
Affin. honor.*

**A**D ultimas vestras XII. Aug. datas ad me paucis respondeo. Commercii literarii, inde à mense Junio ad Septembris incunabula inter nos frequentati, hoc caput, & summa hæc est: An non Syncretismum foveat vicina Pomeridis pars? Afferui Epist. 15. Junii exarata, quæ quæ in manus aliorum delapsa sit, ignoro.

Spemque metumque; inter dubius

video τεκμήρια lepræ Syncretisticæ in cujusdam Viri CL. literis, & rogatus dicere, quid sentirem, non negavi, sed confessus sum Christum meum, paratus πρὸς ἀπολογία. Cur? docet annexa loci Petri enucleatio. Ego doleo ex animo, esse, qui molles vestes gestare videntur, nec obscurum mihi, quid etiam alii sentiant Theologi, & quam metuo posteræ Ecclesiæ! Prospice ex alto, ô DEUS, vide vulpes vineam depopulantes! Quicquid de seculo obtenditur, non curat homo DEI, nec perfugium in eo quærit. Id quæritur

ritur